

De colampadii iudicium de doctore Martino Luthero.

Item responsum Illust: Principis Friderici, ducis Saxonie datum Legatis Romae Pontificis apud Colonia Agrippina

M D XXI



● **ECOLAMPADII IVDICIUM**
de Doctore Martino Lutthero.

I Am de Martino libere loquor vt sepe ante
hac. Quod Euangelice veritati propius ac-
cedat quam aduersarij sui Et poterit ne hu-
manus spiritus vel ab auditu vel a promulgatione
Euangelij suis minacibus mandatis auertere Mirum
cum meliora non offerant, quod omnibus sole clarius
est, condemnare tamen non verentur, quod improbare
quantum satis est non possunt. Vere dicit Ennius Pel-
litur e medio sapientia: vi geritur res Viderint Episco-
pi siue me damnent aut parcant condemnanti. Non de
omnibus que scripsit Martinus loquor, Non enim
omnia legi Sed que legi adeo immerito reijciuntur vt
fiat etiam iniuria sacris literis quas ipse sincerius ex-
ponit, pleraq; ab eo dicta tam certa sunt apud me vt si
etiam celestes angeli contradicant non me sunt a sen-
tentia mea depulsuri. Vbi articulos cõdemnatos lege-
ro: quid sentiam de quouis libenter tecum agam, lice-
at enim mihi quod omnibus alioqui nõ sunt qui Mar-
tiniana vel probet vel improbet.

¶ Dum summi pontificis Orator coram Imperatore
interpellaret contra Doctorem Lutherum Respondit
Imperator nullo consulto audiamus patrem nostrum
ducem Saxonie & tunc respondebimus pontifici.

¶ Idem Orator Erasmo Rotherodamo promisit Epif-
copatum, si contra Martinum Lutherum scriberet. Res-
pondit Erasmus, Maior est Lutherus quam ego scri-
bam in eum maior est Lutherus q̄ intelligatur a me
Lutherus tantus est vt plus proficiat & erudiar ex les-
tione vnus pagelle Lutherie quam tota Rhoma.

¶ Comes de Nassau Subregulus Flandrie Brabantie & Hollandie ad predicatores in Haga comitis inquit. Ite & predicate tam sinceriter Euāgelium Christi: sicut Lutherus, neminem offendentes, ne habebitis occasionem interpellandi aduersus aliquem.

¶ Louoniēses Magistri cōquesti fuerunt domine Margarethe q̄ Lutherus suis scriptis subuerteret rem Christianam Interrogauit ipsa. Quis nam est ipse Lutherus? Indoctus est inquit monachus Respondit ipsa Scribite multi docti contra vnum indoctum tunc totus mundus plus credet multis doctis, q̄ vni indocto.

¶ Dominus de Rouensain in Imperiali conuiuio vt sermo inciderat de Luthero ait vnus homo Christian⁹ surrexit in quadringētis annis quē papa vult occidere

¶ Dominicastrī Louonienses curauerunt suis pecunijs vt opera Lutheri incinerarentur concursus factus est: plures apportarunt libros, sed non Martini Studētēs itaq; & pleriq; alij parato iam igne, libros comportant. Ille sermones discipuli, alter Tartaretum sic dormiscure paratum, & alios id genus. Vt plures ex illorum autoribus combusti sunt, quā ex operibus Martini Lutheri.

¶ Venit postremo Carmelita nequissimus & postposita verecundia quo animum suum iniquissimū cunctis patefaceret: in ignem publice & cineres vrinam p̄iecit videns hoc Brassicanus iunior qui tam nefario spectaculo aderat, fratrem obseruat redeuntem ad monasterium: qui cum veller intrare, apprehenso pallio fratris & gladiolo extracto, huc huc mecum perge frater: calcans: percuciens: & semiuivum relinquēs, abijt.

Nec illa nocte propter tumultum in ciuitate perman-
sit, Sed exiens in crastino mutata veste redijt: & conti-
cuit omnis tumultus. Plura alia temporibus alijs.

¶ Christiane doctrine Doctori in Cigne
orū vrbe Magistro Ioanni Egrano
fratri Charissimo.

¶ S. & felicitatem Volui nuper optime Egrane Vt cō-
miferas nonnullos mittere tractatulos Carolostadij de
sanctitate pape, & contra Eccianam Bullam Martini
Lutheri. Verum dum & literas, & libellos comporto,
nūcius abijt plus festinus, cardus namq; mihi dixerat.
N. hospes tuus nuncium adesse, misissem vero nunc
nisi Nicolaus dixisset omnia iam te habere ex Biblio-
pola quodam Interim nil noui apud nos, neq; librorū:
neq; rerum aliarū: preter opusculū Lutheri de liberta-
te Christiana latinum: quod credo iādudum te vidisse:
& appellatio renouata Martini circumfertur Nil aliud
nouorum librorū noueris aduenisse Si quippiam ad-
uenerit. Ne dubites Egrane amantissime, vigilabo di-
ligētissime vt habeas Audio excudi quedam Vuitem-
berge iucunda & mira que dum venerint mittam Est
ad Mosellanū delata Iulij Pflug Epistola ex Italia, qua
scribit: contra Scoticas & aliorum nugas, tum Rome
tum Bononie preualuisse: qui Martini scripta sequun-
tur Oecolampadius de Martino candidissimū scripsit
iudicium Redijt dux Fridericus Elector non parum
cōsolationis Inde sui suscipiunt: & iure. Eas alias ha-
bemus nouitates ex his qui redierunt e nuptijs Phi-
lippi Melächtonis: in schedula leges posita. Vale mi
egranæ. Ex Lipsz. Anno dñi. xvi. xx.

Responsum Illustriss: Principis datū nuncijs Roma/
ni Pontificis Martino Caractialo & Aleandro
Mottēsi apud Coloniā Agrippinā 15 zo.

Nihil minus veritus est futurum Illustriss:
Princeps noster D. Fridericus Dux Saxo
niæ, Sacri Ro: Imperij Archimarschalcus
& elector, viri magnifici, q̄ vt tale quid piā
S.D.N. LEO. X. Pontifex Romanus vel peteret vel
postularet. Dedit. n. quod citra iactantiā et inuidiā di
ctū sit, ppetuo operā, vt præclara & parentū & maiore
suorum, beatæ recordationis, vestigia secutus, nihil vel
gentilitia claritudine vel sua persona indignum admit
teret. Quēadmodū vterq; vestrum iussu sanctitatis pō
tificiæ breuia eius reddētes cōmemorastis. Et princeps
noster pro sua pietate officio & candore, deo adiutore,
vt tam Princeps sacri Ro: imperij elector Christianus
q̄ obediens sacro sanctæ ecclesiæ Catholicæ filius, ve
lit & in posterum. Porro auditis breuib: pontificijs in
tellexit a sanctitate Pontificia in causa D. Martini Lu
theri iunctim & te Hieronyme Aleander & Ioannem
Eccium nuncios esse datos, deinde Ecciu, dum ab suis
principatib: & regionibus abest, ad Coronationē sere
nissimi Caroli electi Roma: impatoris Aug: &c. huc a
Cæsarea maiestate euocatus, conatum vel contra Bulle
Pontificiæ argumentū & vires, ne quid amplius dicā,
præter Martinū nominatim non solum in inuidiam,
Sed etiam discrimen nōnullos alios adducere, Quod
cū huic actioni sit: parū consentaneū, facile tam vtriq;
vestrum, q̄ reliquis sit iudicatum. Quo animo, q̄ grato
accipi debeat, a principe nihil tale cōmerenti. Nam
Principi nostro Illustriss: & fratri eius germano, sancti
tatem Pontificiam exemplo maiorum officiose semp
& religiose reueritis, non aliud sperandum erat: ad hæc
obscurū est, quid se absente a Martino & suarū regionū

eiuibus & popularib: ad istos incōmodos et graues co-
natus actum sit, fieri. n. potuit vt ingens vis populi,
Doctorum & rudium sacrorum & prophanorum sese
coniunxerit atq; adheserit appellationi Martinianæ.
Neq; Principi quippiam cum causâ Lutheri vnq; fuit
cōmune, & ne nunc quidem est. Qui si quid aut cōtra
Pontificem Ro: inique scripsit, aut secus, siue in schola
siue pro contione docuit, atq; Christianum & Theo-
logum decet. Tantum abest vt Principi placeat, vt Prin-
cipem male habeat. Nam pro vtilitate causæ, sub con-
uentu Augusti anno ab hinc Secundo, petente Car-
dinale S. Sixti sanctitatis Pontificiæ legato. Copiam
Martini curauit, agendum cum ipso vt eum audiret,
pollicitum paterne acturum cū eo. Ita vt res suauiter
cōponeretur. Præterea datus est Martino Pontificalis
Comissarius reuerendissimus dominus Archiepūs
Treuerē: sacri Ro: Imperij elector haud dubie dicto
parentem habiturus hominem, si sub fide publica &
idonea eum euocasset. Iam vero tam multa pollicitus
est, hodieq; polliceri dicitur Martinus, vt credi non de-
beat nihil prestaturū. Quid quod Martinus suo ipsius
forte iudicio, diuersis æmulorū scriptis, nō minus im-
pijs q̄ calūniosis adactus scripsit? Nunq̄ si per aduer-
sarios licuisset scripturus. Sic multi eruditi, sic multi
probi, sic multi p̄i, & sentire & loqui feruntur. Quæ
tamen Illustriss: Princeps noster suæ dignitati & æsti-
mationi relinquit. Nec est hætenus Princeps noster
Clementiss: vere certior factus vel a Cæsarea maiestate
vel quopiam alio. Martini scripta conuicta eiusmodi
quæ incendium mereantur. Quod si aliunde & pro-
babiliter cognouisset. Certo vobis persuadete omnia
fuisse facturum quæ vel Principem. Christianum ele-
ctorem vel obedientem ecclesiæ catholicæ filium dece-
ant. Ceterum istiusmodi tam molesti conatus Clemē-
tiss: Principi nostro & fratri eius Germano & eorum

cum regionib⁹ & gentib⁹ ipsorum Imperio parentib⁹
tam sunt intollerabiles, q̄ qui maxime omnium. Quā
obrem Illustriss: Princeps noster rogat, vt omīssa qua
res cepta est agi via, nauetis operā. Ita agendi causam
īstam æquis eruditis, p̄is, & non suspectis iudicibus
sub fide publica, sufficienti securamento, & conductu
libero, locis nō iniquis cōmissa audiatur & cognosca
tur. Nec libri Lutheri ipso neq; audito, neq; conuicto
cōburantur. Nam vbi Martinus reuictus fuerit, nihil
minus comittet princeps noster Illustris: q̄ vt indigno
subscribat, Neq; dubitat Princeps noster ne tum quidē
Pontificiam sanctitatem postulaturam ab ipso, quod
parum honeste prestare possit. In referenda. n. sanctita
ti Pontificiæ gratia Princeps noster Illustriss: vt obedi
ens sacro sancte ecclesiæ catholicæ filius nunq̄ nō erit
paratissimus.

